



**Regvla Morvm Sive Tractatvs Bipartitvs De Sufficienti Ad
Conscientiam Rite Formandam Regvla In Quo Usus
Cujusvis Opinionis Practice Probabilis Convincitur Esse
Licitus**

Terillus, Antonius

Leodii, 1678

Quæst. XXX. Vtrum intellectus opinari poñit æquè & minus probabilia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77827](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77827)

astrui sanam, quia non omnis doctrina tuta, probabilis, & à peccato excusans est sana. Itaque quocumque modo termini accipiuntur, argumentum est nullum. Ceterum in rebus incertis, ad fidem & mores pertinentibus, omnem doctrinam communiter vocamus sanam, quæ rationabilis est, & nil certum in contrarium habet, ut videre est in doctrinis Theologicis contradictoriis, quas omnes communiter appellant sanas, quia formaliter sanæ sunt, quamvis sint materialiter falsæ.

104. Ad tertium de seductione, dico Celladeum terminis abuti, non enim quis error est, aut dicitur seductio. Theologi, qui in rebus incertis probabilissimè aliquid assertunt, propriè non seducuntur, si errant. Nec S. Thomas, nec S. Bonaventura rectè dicuntur seduci, et si certum sit, alterutrum illorum in aliquo errasse. Itaque non omnis deceptio propriè loquendo est seductio, sed multa ad talem denominationem requiruntur præter merum errorem. Negatur ergo major, & consequentia argumenti.

Quamvis o. 105. Quod si contendas, omnem errorem & minus error deceptionem debere aliquo modo, et si minus fit seductio propriè, dici seductionem, ego potius admittam argumentū abitum.

locationem tuam, quām questionem de nomine instituam. Verum, hoc admisso, minor argumentum est falsa, quia jam aliqua doctrina materia liter & per accidens sana impropriè seducit. Ita que quocumque te verteris, argumentum ruit.

Ceterum potissima æquivocatio Celladei in parte fuit, quod inter culpabiliter & inculpabiliter deceptos & errantes non distinxerit. Si inter eos distinxisset, non ita lusisset in terminis deceptionis & seductionis comparatis cum doctrina sana; quia quoad accidentem seu merē potius formaliter doctrinæ sanitatem ingens inter illas reperitur diversitas. Error culpabilis est error non-civis, qui proinde ex una parte non incongruè dici potest seductio, quia ab imperio voluntatis peccaminoso, & consequenter aliquo modo seductio ortum trahit: ex altera vero parte nullo modo, ne quidem per accidens, dici potest doctrina sana, cum à peccato non excusat. At error inculpabilis à rationabili voluntatis imperio dependent, & operationem, quam dirigit, à peccato excusat, unde dici potest doctrina sana per accidens, & propriè dici non debet seductio, quia in malam tantum partem accipi solet.

Celladeus
non diffi-
cilitate
guit inter
culpabiliter
& incorpu-
biliter de-
cep-
tus.

QUÆSTIO TRIGESIMA.

Vtrum intellectus opinari posse aquæ & minus probabilia?

Status que-
stionis & o-
pinio Cellae-
dei.

IN hoc convenientiunt Auctores, quod intellectus in obscuris nunquam determinetur ad assensum ex sola propositione objecti; in quibus tam per voluntatem flecti potest ad assensum, saltem quando potentiora dantur motiva pro parte, cui datur assensus, quām pro parte opposita. Præsens quæstio est, utrum intellectus per voluntatem flecti possit ad præbedum assensum cuiilibet contradictionis parti, quando utraque est probabilis, sive illa fuerit probabilior. Sive aquæ, sive minus probabilis. Hac de re Celladeus in Appendice fusè agit per tres primas quæstiones integras, in quibus contendit probare, quod aquæ & minus probabiliora sunt opinabilia. Verum in hoc, sicut in aliis multis, totus illius discursus ex confusione & æquivocatione terminorum procedit. Hoc ut evincam, non opus est, nisi breviter suggerere, quæ fusè exposui ac probavi in tractatu de Conscientia probabili, quæf. 7. 8. 9. ac 10. Quæ si Celladeus videat, aut planè omisisset, aut longè aliter quæstionem istam decidisset. Sed ut omnia ista ante oculos legentium claram statuantur. Sit

ASSERTIO PRIMA.

In rebus incertis & probabilibus, apparentia veritatis, que comitantur & sequitur affectum & assensum uni parti contradictionis alligatum, ceteris paribus, major est, quām que antecedit talem effectum & assensum, aut omnino ab illa separatur.

2. **V**ERITAS hujus propositionis fusè demonstrata est quæf. 8. num. 25. & sequentia de Cons. prob. quæ videri possunt, neque enim opus est illa repetere.

ASSERTIO II.

Qui, omnibus pro utraque contradictionis parte inspectis, absolute existimat ea esse aequalia, stante tali iudicio, neutri parti assensum præstare potest. Et multi minus assentire potest illi parti, quam absolute & finaliter credit minus validis argumentis roborari.

3. **R**ATIO est, quia apparentia concomitans & sequens assensum uni parti alligatum, semper fertur in objectum suum tamquam in rem absolute veram, ideoque illud præfert contradictoryo, quod reputat esse absolute falsum. Ergo non potest simul judicare, quod motiva pro utraque parte sint aequalia, aut etiam potiora pro parte, quam falsam reputat. Et hoc est

Nemo de-
finitio po-
tentia
test illi
quod ab-
lute credi,
nō est pro-
babilis op-
positio.

est ratio, cur sua cuique opinio sit absolute probabilior opposita. Hac etiam omnia latè probata sunt quæst. 8. num. 25, de Cons. prob. Nec tamen desunt, qui contrarium tenent. Sed ego hoc Celladeo libenter concedo, ut, eo admisso, nullitas eorum, quæ afferit, patentior evadat.

ASSESS TIO III.

Intellectus alienus potest partem antecedenter est, quæ aequaliter potest partem, & minùs probabilitatem in assensum partis aequè aut minùs probabilis, si sermo sit de apparentia seu probabilitate antecedente affectum & assensum ulli contradictionis parti peculiariter alligatura.

PROBATORIUM primò ex iis, quæ fusè de hac retradicidi totà quæst. 8. & totà quæst. 9. de Conscientia probabili, quæ videantur.

Rationes à Celladeo si id probant. 4. Probatur secundò ex iis, quæ Celladeus quæst. 1. & 2. Appendix afferit contra se; etiam, posita distinctione apparentia antecedentis & consequentis affectum & assensum uni parti alligatum, efficaciter probant intentum, quamvis Celladeus ob confusione utriusque sub uno eodemque termino ea rejiciat, ut minùs sufficiencia.

5. Porro duabus de causis hæc argumenta præponere, atque nonnihil ultra dicta à Celladeo promovere statui. Primum, ut ostenderem, Celladeum ea suis responsis non soluisse. Secundò, ut haberem occasionem ea solvendi, quæ contra noltram sententiam objicit, quæque reputat & jactat esse planè demonstrativa.

Ratio pri-
ma Celladei.
6. Inprimis ergo sic arguit. Aliqui melius, alii non ita bene opinantur circa candem rem, vel ab aliis propositam, vel ab ipsis examinatam. Neque enim omnes rectissimè opinantur. Ergo aliqui opinantur vel aequè vel minùs probabilitia, nam qui probabilitiora opinantur, rectissimè opinantur, cum melius opinari non possint.

Ratio 2.
Celladei.
7. Secundò, omnia probabilitia sunt opinabilia, quia ea solum vocantur & sunt probabilitia, quæ sunt digna assensi. At aequè & minùs probabilitia sunt verè probabilitia. Ergo sunt opinabilia. Ergo opinari possumus minùs probabilitia, quia possumus opinari quodvis opinabile, sicut credere quodvis credibile.

Ratio 3.
Celladei.
8. Tertiò, possibile est suspicari, inò & temere judicare, cum suspicere ac temere judicando, sèpe peccamus. Ergo à fortiori opinari poterimus aequè & minùs probabilitia, & solum controverti poterit, an talis opinio sit prudens an temeraria? Probatur consequentia, quia opinio temeraria nititur levibus indiciis. Ergo à fortiori possibilis est assensus nixus gravi fundamento. At tale est omne motivum probabile, etiam aequè & minùs probabile. Ergo.

Ratio 4.
Celladei.
9. Quartò, idipsum confirmatur auctoritate. Inprimis S. Thomas 22. quæst. 1. art. 1. hæc habet. Alter modo intellectus assentit alicui, non quia sufficiens moveatur ab objecto proprio, sed per quandam electionem voluntarie declinans in unam partem magis quam in aliam. Et siquidem hæc sit cum dubitatione & formidine alterius partis, erit opinio. Hic S. Thomas latè expressè docet, intellectum non semper determinari sufficiens ab objecto proprio, seu ab apparentia veri, sed per electionem voluntatis declinari in unam partem. Hinc sequitur, apparentiam comitantem & sequentem imperium voluntatis & assensum intellectus circa veritatem rei esse majorum apparentiarum antecedente, quia appa-

rentia antecedens non determinat ad veritatem, ad quam apparentia concomitans & consequens determinatur. Hac autem distinctione habitâ, statim appareat, quod voluntas flectere possit intellectum in assensum partis aequè, inò & minùs probabilis, maximè si aut unam partem cum altera non comparet, aut proflus ignoret, quia illarum sit potentior aut probabilior, quamvis reverè detur aliqua diversitas. Tunc enim nil obstat quod minùs intellectus ex mente S. Thomæ flectatur in assensum pro arbitrio voluntatis.

10. Huic ponderationi in locum citatum Sancti Thomas liber addere textum longè magis expressum, quem habet S. Doctor lib. 3. Eth. lett. 13. ante medium, ubi agens de opinionibus moralibus & practicis, hæc habet. Sed quia operibilia sunt contingencia, non cogitur ratio ad assentiendum huic, vel illi, sicut accidit in demonstrativis; sed in potestate habet homo (nota bene) quod offendit unius, vel alterius parti contradictionis, sicut accidit in omnibus opinabilibus, & maximè circa operabilita, in quibus plurima attenduntur, secundum quorum quodlibet aliquid potest judicari bonum. Nec dubium, quin sermo sit de libertate immediata, quia etiam quoad demonstrata datur libertas mediata. Sic videmus homines per vitia & affectionem doctrinam declinare in errores, quorum falsitas antea ipsis erat evidentissima. Sed plura de mente Sancti Thomæ dicentur quæst. 33. ubi ex professo de libertate opinandi quæstio institutetur.

11. Huic doctrina S. Thomæ prorsus consonant, quæ S. Pater noster Ignatius tradit in epistola de obedientia. Sed & Suarez (quem Celladeus quæst. 2. §. 2. pro scilicet merito citat) tradit. 2. in 1. 2. disput. 11. lett. 1. idem & equivalent expedit his verbis. Dico voluntatem non posse mouere intellectum nisi sub ratione veri &c. Quandiu autem est tale medium, quod non infert necessitatem simpliciter, tamen aliquo modo offendit veritatem, tunc potest voluntas mouere intellectum ad assensum, & mihi probabile est, non posse mouere nisi in illo, quod verisimilius & probabilius appetit: quoniam ipsa affectio voluntati plurimi conferre posse, ut ipsum objectum probabile & verius appareat. Hæc ille, ex quibus totum conficitur; quia si apparentia antecedentes sint aequales, aut una paulò minor alia, non solum una ex aequalibus, sed etiam minor durarum consequenter ad affectionem voluntatis, poterit fieri major altera, & consequenter intellectus ex mente Suarez, fleti poterit in illam per imperium voluntatis.

12. Ceterum quād immiterò Celladeus citteraverit Suarium pro se, ex eo constat, quod Suarez in illa sectione ponat has duas assertiones. Dico tertio, quando judicium intellectus est evidens, non pendet à voluntate in specie actus. Est etiam Divi Thoma. Et paulò post. Dico quartò, quando intellectus non habet evidenciam de aliquo objecto potest moveri à voluntate ad speciem actus, id est, ad assentiendum vel dissentendum. Est etiam S. Thomas &c. Hæc Suarez, in quo haud dubiè per omnia nobiscum sentit: quod enim postea subiungit, videri sibi probabile, quod intellectus non moveatur, nisi in id quod sibi verisimilius appetit, solum explicat id quod ego aperte doceo; nempe quod intellectus in actuali judicio, & consequenter ad affectionem aut imperium unius partis feratur in illo objectum, ut verisimilius opposito, quod nullo modo tollit libertatem quoad speciem actus. Unum de mirum est, Celladeum existimare potuisse, quod Suarez ipsi favet, cum quoad præsentem questionem luculentissimè subscriptat nostra sententia.

rentia, nec ipse tantum nobiscum sentit, sed omnes communiter, qui nobiscum docent usum partis minus probabilis esse licitum. Immò omnes etiam, qui dicunt fidem, & alios aetius opinativos esse nobis liberos libertate contrariatis, seu specificationis, vel ad speciem actus; quia illi omnes loquuntur de immediate potestate voluntatis quoad tales actus pro ipso instanti reali, pro quo intellectus aliquem ejusmodi actum elicit. Nam de libertate mediata nulla est difficultas, cum apud omnes certissimum sit, omnem actum opinativum, immò & fidem, esse mediata liberum quoad speciem, seu contrarietatem, quia possumus assensum suspendere, & mentem à rationibus praesertim avertire, & alias rationes pro parte contraria excoigitare, atque ita demùm flectere intellectum in assensum contrarium vel contradictionis, ut patet. At certum est plorosque Theologos docere actum fidei & multò magis actum opinativum, quando adeo motivum probabile pro utraque parte, esse nobis liberum quoad speciem actus, seu quoad elicendis actus & judicia contraria. Ergò major pars Theologorum nobiscum sentit. Nec quisquam merito dubitat, si distinctionem in assertionibus positam præ oculis habuerit.

SOLVUNTUR REPLICÆ

contra rationes allatas.

13. Dices secundum Celladeo quest. 2.
S. ult. argumentum primum & tertium in idem fermè recidunt. Utrumque verò retorquetur contra nos, quia omnes opinantes, putant se optimè opinari; similiter & temerè judicantes sibi videntur non temerè, sed fundatè judicare. Itaque eti omnes isti reipس & quoad esse non optimè judicent, omnes tamen apparenter & quod ad videri optimè judicant.

14. Respondeo, replicam hanc confirmare secundam, sed ne quidem impetrere tertiam assertiōnem, quod per se patet. Verum addo, quod responsio hæc etiam tertiam assertiōnem confirmet, quia admittit argumentum optimè procedere de *esse*, sed non *de videri*. Ergò reipس non omnes optimè, sed alii benè, alii male judicant. Ergò non omnes accommodant se apparentie antecedenti omnem effectum, nam alioquin omnes eodem modo & benè judicarent, quia si illa sit magna & probabilis, omnes illi meritò fidem darent, cum illa ponatur esse eadem in omnibus. Ergò aliqui, illa reliktâ, sequuntur apparentiam consequentem effectum indebitum, qui videtur major priore, & sic malè judicant. Rursus hinc habeo, apparentiam absolutam quoad videri non esse parem aut similem in omnibus. Ergò illa non mensuratur ab apparentia antecedente omnem assensum & affectum ulli partialligatum; alioquin apparentia consequens semper proportionaretur antecedenti, & apparentia antecedens tam verè esset apparentia magna, quam consequens appareret esse magna; quia non esset unde prioris apparentiae magnitudo & vigor minueretur. Ergò iterum omnes tam quoad esse, quam quoad videri rectè judicarent. Hæc quidem ex response Celladei sequuntur. Verum posita nostra distinctione, omnis conciliantur: quia omnes quidem concomitanter & consequenter ad suum judicium videntur sibi optimè judicare, quia sequuntur apparentiam majorem pro veritate; sed non omnes rectè judicant, quia temerè judicantes non se-

quantur apparentiam majorem antecedentem, quam digna est assensu, sed ex prava voluntate afficiuntur suis erroribus, de quibus consequenter ad suum effectum habent apparentiam majorem, quam habeant de dogmatibus fidei, aut aliis rebus, pro quibus antecedenter habent validissima fundamenta, contra quæ ex pravo effectu voluntatis temerè judicant. Itaque hæc replica confirmat nostram sententiam.

15. Dices secundum, & cum Celladeo sic re-Celladeo, torquebis secundum argumentum. In superioribus fusè probatum est quæ & minus probabili non esse opinabilia, nec digna assensu opinativo, ac proinde non esse verè probabilita. Ergò sicut tu inferis, quod æquè probabilia sint opinabilia & digna assensu, ita è contrario ex inopinabilitate talium objectorum ego infero, ea non esse probabilia, nec fide digna.

Hæc retrofio nulla est, quia nos quoque quæstione superiore, eadem cum illo tractantes, ostendimus ejus argumenta fuisse proflus insufficiencia. Ceterum ultrò faciemur, quæ aut minus probabile ultimè agnitus tale, non esse proximè opinabile; non quia non est dignum assensu, sapè enim dignum est, sed quia datur in mente judicium exclusivum talis assensu.

16. Dices tertio. Ad auctoritates ultimo lo-Replica, co allatas benè responderet Celladeo, S. Thomam loqui de intellectu magis inclinato ad unam quædam ad alteram partem contradictionis ut ipse met paulò ante contestatus est. Deinde dicit, ex alibi dictis satis apparet, mentem S. Thomæ Sancti Ignatii omnino contrariari libertati quilibet opinandi ex imperio voluntatis.

Respondeo. Quod ad alibi dicta à Celladeo attinet, ego ea suis locis examinabo, ibique ostendamus S. Thomam, Sanctumque Ignatium ab opinione Celladei longissime absesse. Quod autem S. Thomas loco citato exemplum ponat de intellectu magis inclinato in unam quam in aliam partem, non obstat, quia ne leviter quidem insinuat, quod idèo præcisè flecti possit ad assensum per imperium voluntatis, qui intellectus antecedenter magis inclinatur in unam quam in aliam partem, cum totam rationem referat in hoc, quod cum intellectus non determinetur per objectum, determinetur tandem per affectionem voluntatis, quod certè tam convenit intellectui æquè inclinari in utramque partem, ac magis inclinato in unam, quam in aliam, dummodò in utramque validè propendeat. Præterea cùm constet, quod intellectus consequenter ad affectionem voluntatis vehementius propendeat ad assensum, quam propenderet ante illam, fieri poterit ex mente S. Thomæ, ut apparentia antecedens minor evadat major, & consequenter tunc intellectus ex imperio voluntatis flecti poterit ad assensum partis, quæ pro priori ad omnem affectionem erat æquè aut minus probabilis.

17. Ex hisce facilè conciliantur Auctores. Qui enim assertur æquè & minus probabilia esse opinabilia, aut universaliter loquuntur, aut saltem intelligendi sunt juxta tertiam assertiōnem; qui autem illud negant, intelligendi sunt juxta secundam, quia reverationes singulorum hoc solūm probant.

18. Hæc dicta sunt ad ostendendum, Celladeum non satisfisse argumentis contra se propositis. Superest ut solvamus argumenta, quæ ipse contra nos objicit, ex quibus Lector nostram sententiam non tam impugnari quam corroborari & videbit, & mirabitur.

SOLVUN-

Replica
Celladei nō
impedit af-
fertionem,
sed tam cō-
firmit.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

In quo sen- 19. **O**BJICIT. primò. Aristoteles 2. de ani-
su Aristote- matex. 153. exp̄s̄ tradit; quod ima-
les dicit op- ginari sit in nostra potestate, & statim addit,
nari non est quod opinari non sit in nobis; & rationem dat. Ve-
se in po- rum enim aut falsum dicere necesse. Hęc doctrina
testate nostra. Philosophi in eo fundunt, quod intellectus se
habeat ad verum, sicut voluntas ad bonum,
quodque proinde tam impossibili sit intellectum
judicando non ferri sub ratione veri, quām vo-
luntatem amando non ferri sub ratione boni.
Atque hinc est, quod imaginari sit quidem in
potestate ac libertate nostra, quia per simplicem
apprehensionem simul ferri possumus in contra-
dictoria; opinari verò non sit in potestate no-
stra, quia opinando non possumus simul ferri
in contraria, aut in merè dubia, aut in falsa, co-
gnita ut falsa, quia intellectus necessariò fertur
sub ratione veri, sive affirmet, sive neget; ideo-
que semper credit ac putat, se verum affirmare,
& falsum negare. Ex his autem sic argui-
tur.

Vis argu-
menti pro-
ponitur.
§. 4.

20. Inprimis, si intellectus per voluntatem
fletri posset ad opinandum æquè & minus pro-
babile, co ipso opinari esset nobis liberum, quod
est contra Philosophum. Deinde ex doctrina
proxime posita direcè sequitur, intellectum non
posse fleti ad opinandum æquè vel minus proba-
bile, quia sic opinando non magis crederet se
verum dicere quam falsum, cùm putaret oppo-
situm esse tam aut magis fundatum, quam illud
quod affirmat. At hoc repugnat, quia omnis judi-
cans magis credit se verum dicere, quam eum,
qui oppositum assertit. Ergò repugnat assensum
dari propter motiva æqualia. Ita Celladeus

Sensu Phi-
losophi &
nullitas ar-
gumentis
claratur.
§. 4.

21. Respondeo, explicationem quidem do-
ctrinæ Philosophi, utpote communiter ab omni-
bus admissem, esse bonam, sed illationem esse
prositus nullam. Inprimis non sequitur opinari
esse liberum nobis in sensu, quo id à Philosopho
negatur; ille enim non negat opinari esse nobis
liberum, quasi verò omnis opinio existeret in
mente sine imperio voluntatis: constat enim de
opposito, cùm nullus actus opinativus absque vo-
luntatis imperio elici possit. Itaque solum negat,
nos posse semper pro arbitrato opinari, sicut
possumus imaginari, quia possumus imaginari tam
falsa quam vera, idque absque ulla ratione. At
non possumus opinari nisi quæ ante opinionem
aliquo modo apparent vera. Hęc autem appa-
rentia non semper est in potestate nostra. Simi-
liter negat nos posse simul opinari contraria, cùm
possimus ea simul imaginari. At nullibi, ne qui-
dem per umbram, negat. quod, quando veritas
apparet in objecto, non sit nobis liberum flectere
intellectum in assensum veri apparentis. Et hęc
quidem ad autoritatem hanc sufficiunt: qui plu-
ravelit, legit Esparzam in Appendice ab art. 107.
ubi præclarè, & manifestè hunc textum expli-
cat.

Ratio hęc
probat, non
improbat
nostram o-
pinionem.
22. Ad rationem verò dico, illam probare
secundam assertionem, sed non impetrare tertiam,
quia omnis opinans putat se verum opinari, &
oppositum esse falsum, ideoque fertur in moti-
vum suum, ut in prævalens opposito, tendentiā
identificatā cum suo iudicio; inò fertur in illud
ut in prævalens antecedenter, quia apparentia
remota, quæ pro priori ad affectum non præ-
valebat, consequenter ad illum magis afficit men-
s.

R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

tem quām antē, & fortius trahit, ac prævaleat.
Sed tota hęc prævalentia & majoritas libera est, Modus, quo
& sita in potestate nostra. Hoc modo liberum opinari pos-
nobis est opinari ea, quæ apparentia antecedenti- sumus æquè probabilita explicantur.
sunt solum æquæ aut minus probabilita, vel quia
accidente affectione possumus ea reddere appa-
reenter magis probabilita, etiam pro priori ad ipsum
judicium, aut certè, quia per ipsum saltem judicium,
ea præferimus, & absoluè rejicimus opposita ut
falsa, quamvis pro priori nullam faceremus com-
parisonem de excessu apparentiarum, nec unam
alteri intellectualiter præferremus. Itaque sic
verum est, nos non posse dare assensum propter
motivum æquale & æqualiter impellens in actu
secundo, aut propter motivum, quod omnibus
inspectus habetur æquale, ut tamen assentiri possi-
mus propter motivum, quod remotè & in actu
primo est solum æquale, vel quia illud accidente
affectu crescit, & magis afficit ac movet quām
ante, idque antecedenter ad assensum; vel quia
accidente imperio voluntatis illud jam actu in-
fluit in assensum prælativum ipsius, & sic magis
movet in actu secundo, quamvis ex se præcise.
& antecedenter ad dictum imperium non magis,
sed aliquantò minus movebat, quam oppositum.

23. Objicit secundò. Nemo experitut in se Objectio a:
hunc actum: Credo hoc esse verum, sed video oppo-
situm esse probabile, vel æquè probabile. Experi-
remur autem talem actum, si possumus opinari
æquæ aut minus probabilita. Confirmatur: Ideo
non possumus judicare sidera esse potius paria,
quam imparia, quia non habemus peculiarem ra-
tionem pro una parte potius quam pro altera.
At hoc locum habet in omni paritate moti-
vorum. Ergò in nulla tali paritate quidquam
judicare possumus. Ita ex Cardinali Pallavicino
arguit Celladeus quest. 2. §. 3.

Respondeo hęc omnia probare secundam, sed
non impetrare tertiam assertionem. Itaque dico, Ratio ista
homines in actu secundo, post affectum, & multò
magis post, & per assensum uni parti impensum,
ferri in objectum aliquod tamquam probabilius,
& absolute verum; in quod in actu primo ante
omnem talem affectum non ferebantur, ne exer-
citatè quidem tamquam in probabilius. Jam actus
in argumento propositus procedit de iudicio con-
sequente affectum; illud autem nec dicit, nec di-
cere potest oppositum sibi videri probabilius, aut
æquè probabile, sed semper dicit, illud esse mi-
nus probabile, quamvis apparentia antecedens
pro parte jam affirmata verè non esset major,
quam opposita. Non ergò sequitur, quod talem
actum experiri debeamus, sed oppositum clare
elicitur.

24. Ad illud de paritate siderum, respondeo, Ad opinan-
nos non ideo non posse illam opinari, quia dect dum non
nobis peculiaris seu efficacior ratio, sed quia o-
mnis omnino ratio absit. Quod si aliquæ ratio-
nes, etiam levissimæ, in actu primo pro illa da-
rent, utique intellectus ex inordinati affectu
voluntatis temerè præcipitari posset in assensum
illius. Et quidem rationes illæ & per se solas alii-
quo modo, & conjunctæ cum affectu voluntatis
multò apparentius quam ante veritatem ostendae
rent, & quām pars opposita appareret. Itaque
intellectus simpliciter fleti posset ad talia op-
inanda. Cæterū illa propositio: Non possumus
quidquam affirmare, pro quo non habemus potorem &
prævalentem rationem: falsa est. Si sermo sit de ap-
parentia præcise antecedente; sed vera est, si lo-
quamur de apparentia concomitante & conseq-
ueente affectum; per accessum enim illius ratio prior
jam

Aa

jam

jam prævalet. Id ipsum multò magis verum est de ratione & apparentia ipsius opinionis actu præferentis unam partem alteri, & de apparentia consequente tale judicium. Ex horum autem equivocatione factum est, ut adversarii de omni apparentia id enunciaverint, quod solum convenit apparentiæ, quæ effectum & judicium uni parti obligatum consequitur.

Qbjetio 3.

25. Objicit tertio. Aequalis ratio, quoad movendum assensum, est sicut nulla ratio, quia intellectus, stantibus motivis aequalibus, non magis inclinatur ad assensum, quam ad dissensum, sed hæret sicut in casu nullius rationis: motivi enim illa vicissim se elidunt. Præterea quantum ponitur cause ex una, tantum ponitur impedimenti ex altera parte. Ergo tanta vis requiritur ad movendum, quanta requireretur, si nulla omnino ad esset causa, ut evidenter patet in bilanciis habentibus aequalia pondera; quia tanta vis requiritur ad lances movendas, quanta requireretur, si lances nil ponderis haberent. Ecce aequalis pondus in bilance est sicut nullum pondus in ordine ad lances movendas, quia quantum adjumenti ex una, tantum impedimenti ponitur ex altera parte. Ergo ob eandem causam aequalis ratio, quoad movendum ad assensum, est sicut nulla ratio. At nulla ratio non sufficit ad movendum assensum, etiam accidente imperio voluntatis. Ergo aequalis ratio, accidente eodem imperio, non sufficit. Ita Celladeus ibidem.

Aequales rationes contrarie non sunt sicut nullæ rationes.

Respondeo negando majorem, quia nulla ratio nullo modo allicit ad assensum. At certum est, quod non solum aequalis, sed etiam minor ratio allicit ad assensum, ut experiuntur, qui tentationibus circa fidem, ut judiciis temerariis vexantur, illi enim allicitur ad errores, quamvis firmi sint in persuasione circa objecta fidei &c. At allicit & non allicit ad assensum non se habent eodem modo, ad movendum assensum. Ergo in ordine ad hoc aequalis ratio non est sicut nulla ratio. Idem appareat in voluntate, quæ ita moveatur, & in diversa trahitur à motivis aequalibus, maximè si sint dissimilia, ut possit quolibet preferre in actu secundo. At ubi nulla sunt motiva non potest se ad actum secundum extendere. Ergo in intentionalibus & liberis agentibus aequalis ratio non est sicut nulla ratio. Falsum proinde est, quod talia motiva sese penitus elidant, aut quod intellectus & voluntas necessariò hærent inter motiva aequalia, sicut quando nulla habent. Similiter falsum est, quod tantum ponatur impedimenti, quantum ponitur adjumenti; sicut enim in voluntate adjectio motivorum possibiliter utrumque effectum, qui sine motu non est possibilis; ita pariter evenit in intellectu, prout ille subditur imperio voluntatis. Cæterum in utraque potentia contrarietas motivorum est impedimentum difficultans, redditique effectum difficiliorem, sed eum non impossibilitat. Paritas porr̄ illa bilancis solam probat intellectum, utpote potentiam necessariam, non posse seipsum determinare in illo casu, sed non probat, cum non posse determinari per voluntatem, cuius imperio subjicitur. Imperium enim voluntatis, de novo accedens, est sicut novum pondus uni lani impositum, quo intellectus determinatur ad assensum, sicut lanx ad motum. Et quidem intellectus in hoc casu duplicitate determinatur ad assensum: Primo quia affectus ille plurimum auget priorem apparentiam. Secundo quia sine tali augmentatione vi mere subordinationis sive determinari potest à voluntate, ut in actu secundo præferat unum alteri, illudque

verum, hoc falsum reputet: intellectus enim si esset immediatè liber hoc modo determinari se posset. Ergo jam hoc modo determinari potest per voluntatem, cuius libertas æquè servit aliis potentias sibi subjectis, sicut sibi ipsi, ut fūc ostendit q. 9. num. 22. de Consc. prob. idque ex Sancto Thoma ibidem efficaciter confirmavi.

26. Objicit quartus. Stantibus motivis aequalibus, non convenient intellectui potius huc quam illuc moveri, quia utrumque refugit eadem spes veritatis, idemque periculum falsitatis. Ergo cum aequaliter trahatur, & frangi ac dividiri nequeat, hæredit immobile. Ita Celladeus §. 3.

Respondeo, expedire intellectui, ut possit à voluntate determinari, quando solum allicit, intellectui sed non determinatur ab ipso objecto. Porro in in officiis actu primo non eadem, sed pars est spes veritatis; subiecti non idem, sed pars metus falsitatis: verum, stante cum determinatione voluntatis & assensu producto, una pars præfertur ut absolute vera, & altera rejectatur ut absolute falsa, adeò ut intellectus nunquam feratur in objectum per assensum, quin illud habeat longè maiorem apparentiam veri quam falsi, idque non solum per ipsum assensum, qui est formalis prælatio unius alteri; sed etiam priori ad ipsum assensum, quia eadem rationes accidente affectu & imperio voluntatis videntur movent, quam movissent, si nullus affectus voluntatis affueret.

27. Dices. Intellectus naturaliter est ad verum. Ergo est illi disconveniens, ut moveatur ad minùs probabile, in quo scilicet ratio veri minùs appetit, quam in opposito. Ergo magis contraria ipsum est, quod sit mobilis ad minùs probabile, quam ad omnium dubia; in quibus nulla appetit ratio veri aut falsi. At ad ista intellectus est immobile. Ergo à fortiori immobile est ad minùs probabile. Ita Celladeus ibidem.

Respondeo esse quidem minùs conveniens intellectui ferri in minùs probabile, sed nego illud esse simpliciter disconveniens, si loquamus de apparentia antecedente; quia motivum minùs probabile sibi connectitur cum veritate quam cum falsitate. Conveniens autem est intellectui ferri in talo motivum, quando certitudo deest; quamvis magis conveniat ferri in motivum magis probabile, utpote quod frequenter connectitur cum vero quam motivum minùs probabile. Rursus inconveniens quidem est intellectui ferri per assensum in illud ut verum, quod, omnibus consideratis, enunciaretur minùs probabile, quia talia judicia sibi contrariantur. At non est inconveniens ferri in actu secundo in id, quod erat minùs probabile in actu primo, quando per illum actum secundum objectum appetit probabilius, & præfertur opposito, quamvis pro priori non erat magis probabile, nec magis sufficiebat animali, quam oppositum.

28. Præterea quamvis intellectui, non inde sequitur, intellectum non posse flecti ad illud per imperium voluntatis. Profectò omnes hæres, omnia temeraria judicia, omnesque errores multò magis disconvenient intellectui, quam judicium nivis motivo antecedenter minùs probabile; quia hujusmodi judicium plerumque est verum. Etiamen intellectus ex imperio voluntatis flecti potest in omnes illos errores, etiam temerarios. Quidni ergo flecti etiam possit ad assentiendum motivo minùs probabili, quamvis illud esset ipsi positivè disconveniens.

29. Cæterum paritas & illatio Celladei de imparitate & mobilitate

alatio nulla mobilitate intellectus ad minus probabilia, eò esse ostendit. quod intellectus sit immobilis ad purè dubia, nil valet. Paritas quidem nulla est, quia in casu dubii veritas non apparet, sed veritate non apparente afferens est impossibilis, quia intellectus non potest ferri extra objectum suum. Præterea experientia constat, intellectum in casu dubii non moveri in actu primo, cum ad nullam partem stimuletur. At in casu rationum utrique parti faventium, certum est, intellectum moveri ad utramque partem, & ad afferendum inclinari, atque ideo in uno casu afferens est impossibilis, in alio impossibilis. Illatio vero est proorsus nulla, cum antecedenti etiam admissio consequens non inferatur. Quamvis enim afferens motivo minus probabili est disconveniens intellectui, non inde sequeretur afferens illum per imperium voluntatis non posse elicere ab intellectu. Itaque paritas nulla est, & consequentia est penitus nulla.

Voluntas fit immobi- lis inter bona & aequalia?
30. Objicit quintus. Ipsa voluntas est immobiliaris inter bona aequalia, & in nullo discrepantia, cum neutrum eligere possit. Voluntas enim semper habet cur objectivum, non solum cur amet, sed cur hoc præ illo amet, nec sufficit cur quasi subjectivum, quia volo; alioquin beati possint desistere ab amando Deo; non enim indigebunt ratione ex parte objecti, quæ nulla est, sed satis erit illud, quia volo. Itaque voluntas non potest ferri in bona aequalia, nisi sint dissimilia. adeoque singula excedat & exceedatur secundum aliquam considerationem, ut tradit S. Thomas i. 2. quest. 13. art. 6 adg. Ergo voluntas flecti nequit in ullam partem nisi in partem præminentem. Ergo multo minus flectere potest intellectum, quia voluntas plus potest in seipsum, quam in intellectum. Ergo intellectus est proorsus immobilis, quando motiva sunt aequalia. Ergo a fortiori est immobilis in partem minus probabilem. Ita Celladeus ibidem.

Respondeo, voluntatem tunc esse liberissimam, quando versatur inter bona proorsus aequalia & similia. Ratio est, quia tunc voluntas in actu primo est maximè indifferens, ideoque maximè libera. Sic Deus liberrimè elegit hunc solem præ alio proorsus simili & aequali. Eodem modo etiam creature liberæ tunc agunt liberrimè, quando nil est ex parte objecti, aut quod determineret, aut magis alliciat voluntatem ad unam, quam ad aliam partem; tunc enim tota determinatio ad solam voluntatem pertinet, quia ideo summa libertate eligit quod vult. Neque in tali casu deest cur objectivum: si enim famelicus statueretur inter duos panes in omni consideratione aequalia, haberet motivum sufficiens ex parte objecti, cur unum præ alio eligeret; sufficiens, inquam, quod omnino requiritur ad libertatem, non necessitanus, quod eam destruit, non vehementius ad unam partem quam ad aliam alliciens, quod libertatem minuit, cum omnem electionem difficulter reddat, eoque difficultiorem, quo quis scit se sua electione privandum bono, ad quod vehementer allicitur. Motivum autem ejus est hujusmodi. Volo hunc panem, quia iste mihi sufficit, sed illum respicio, quia illo non indigo. Hoc motivum abunde sufficit, quamvis è contrario potuisse dicere, Volo alterum, quia ille sufficit, & hunc respicio, quia hoc non indigo. Verum hoc solum probat, quod adhuc duo motivi sufficiens, unum ad hoc eligendum præ illo, & aliud ad illud eligendum præ isto, quod est verissimum, ut apertissime constat in Deo, primo libero, omniumque liberè agentium liberissimo. Deus enim semper eligit inter duo penitus

aqualia, quia loco ejus quod posuit, potuisse non hoc, sed aliud ponere huic penitus simile & aequali. In quo casu Deus habet, cur objectivum sufficiens, seu sufficienter movens ad præferendum unum alteri, & non solum cur subjectivum, quia volo. Quamvis loquendo de ratione determinata, non sit alia, quam ipsum cur subjectivum, quia volo. Sed hoc est determinativum formale in actu secundo, non prædeterminativum in actu primo; hoc enim non solum non requiritur, sed requiritur ut non sit, quia tolleret libertatem & indifferenciam. Jam creaturæ in hoc imitari possunt libertatem divinam, quam participant: & quidem si eligere possint difficilius, & quod, omnibus inspectis, putant excludere bonum absolu^{tum} majus, ut inuenire videtur Celladeus, quid impedit, quod minus eligere possint illud, quod non excludit nisi bonum simile & aequali?

31. Quod ad S. Thomam attinet, ille in hac controversia parum debet Celladico, qui, ut illum in suam sententiam trahat, persuadere conatur, quod S. Doctor hac in re priorem sententiam posse eligeret. In primis facetus Celladeus, S. Thomas lib. 2. de Cœlo & mundo textu illi 94. reprobans Platonem dicentem, famelicum, si videat cibum aequaliter hinc inde distantem, ad neutram partem movendum, cum se ad neutram possit determinare. Ergo S. Thomas ibi saltem tenuit nostram sententiam, nec eam unquam retractavit. Quamvis enim Celladeus in objectione citet S. Thomam i. 2. quasi S. Thomas ibi se declararet, aut contrarium diceret, tamen non est ita; nam quod lib. de Cœlo tradidit, optimè coheret cum eo, quod dicto loco in i. 2. tradit, quia in eo loco in corpore articuli ex eo probat, voluntatem non ex necessitate eligere; quia voluntas potest tendere in quodcumque objectum, quod ratio proponit ut bonum. Ratio autem sibi proponere potest utramque partem oppositam ut bonam, & in eo casu liberè eligit quod vult, nec unquam necessitatur nisi ad anandum purum bonum, nempe beatitudinem; quia nemo potest velle esse miser, sed omnis homo necessariò cupit esse beatus. Profectò hæc doctrina articuli aequaliter extenditur ad omnia bona opposita & aequalia, sive similia fuerint, sive dissimilia, ideoque S. Thomas censendus est nobiscum sentire. Nec oblitus, quod respondens j. arg. in quo dicebatur ex Platone famelicum inter cibos proorsus aequalia non posse eligere, dicat, nil obstat, quod minus ea quæ proponuntur ut aequalia secundum unam rationem, proponantur ut in aequalia secundum alteram, ita ut unum emineat secundum aliquam conditionem, & sic magis moveat voluntatem quam alium. Non, inquam, obstat, quia in responsive ad argumentum ea solum ponuntur, quæ ad solvendum argumentum sunt insufficientia. Jam vero argumentum illud solum procedebat de bonis aequalibus & similibus, & ex ineligibilitate prætensa illorum simpliciter inferebat, nunquam eligi posse nisi quod prævaleret. Hanc illationem, utpote doctrinæ articuli contrariam, negat S. Thomas, ostenditque illam ex assumpto antecedente non sequi, quia quæ sunt aequalia simpliciter, possunt esse dissimilia, & secundum quid excedere & excidiab invicem, in quo casu voluntas secundum quid magis flectitur ad unam partem quam aliam. Hoc sufficiat ad solvendum argumentum, & hoc solum traditur ibi: neque enim S. Doctor approbat doctrinam illam Platonis, quam in lib. de Cœlo rejecerat, sed solum ostendit, ex illa admisso nil sequi contra doctrinam in articulo stabilitam.

R. P. A. Terilli Regula morum. Pars I.

Aa 2

32. Cate-

⁸ Thomas non docet contraria in hacre. Duo eius textus conciliatur.

S. Thomas 32. Ceterum haud dubie S. Thomas tam in haud dubie dicta responsive ad 3. quam in toto articulo supponit, quod voluntas eligere possit quodlibet ex aequalibus, si sint dissimilia, alioquin nec responsa similia posse eligere.

Illatio Cel- ladei nulla est.

33. Præterea nulla prorsus est illa Celladei ilatio: quod si in eligibilius aequalibus & similibus sufficeret illa ratio, *volo quia volo*, Beati possent desistere ab amando Deo. Probatur hoc. Ratio illa non est absurdia in ordine ad præferendum unum alteri, quando omnia sunt aequalia; tunc enim nil est ex parte objecti necessitanus, aut magis alliciens ad unam, quam ad aliam partem. Ergo recte vult, quia vult. At summum bonum clare possidem non relinquunt libertatem, sed rapit voluntatem ad amorem & fruitionem ipsius. Ergo ex eo quod quia volumus, præferre possumus unum ex duobus incompossibilibus & aequalibus, non sequitur, quod aut ex hoc, aut ex ullo capite Beatus deserere possit amorem Dei, in quem prorsus ita rapitur, ut nullus sit libertati locus ad Deum non amandum.

Quamvis voluntas non possit moueri inter aequalia, posse tamen movere intellectum ad aequaliter. Sed neque sequitur, quod voluntas flectere nequirit intellectum ad unum ex aequalibus, quamvis ipsa inter aequalia & similia non posset eligere: immo contrarium sequitur; quia fieri poterit, ut sit maius bonus voluntatis, si intellectus hanc partem amplectatur; tunc autem voluntas determinabit intellectum ad partem illam amplectendam, & alteram rejiciendam. Nec mirum, quia certum est, voluntatem flectere posse alias potentias ad minus bonus in eadem specie, si hoc sit ipsi voluntati melius. Sic dolorem majorem, vel minorem tactui incutere, oculosque dirigere potest ad hoc vel illud simile, & minus in eadem specie videndum pro alio. Ergo similiter & in intellectu: neque inde sequitur, quod simpliciter plus possit in intellectum quam in seipsum, sed solum quod secundum quid plus possit: quod certe in tali hypothesi est verissimum, quia sicut non obstante illa hypothesi plus potest secundum quid circa alias potentias, sic etiam, eademstante, plus poterit secundum quid circa intellectum, quam circa seipsum; & consequenter non est cur non possit flectere intellectum in assensum partis aquae aut minus probabilis.

35. Neque placet, quod dicit Celladeus in fine §. 3. scilicet quod in intellectu & in vero non habetur illa distinctio bonorum aequalium & in aequalium, sed dissimilium, quam Auctores admittunt in voluntate; quia dissimilitudo bonum diversificat, & consequenter multum facit ad voluntatem. At dissimilitudo rationum & auctoritatum, non ponens inaequalitatem, ad intellectum nill facit, nec verum diversificat. Bona enim diversa, ratione sua diversitatis, sibi contrariantur, & ideo voluntas moveri potest ad bona etiam minora, si sunt dissimilia & diversa rationis. At verum vero non contrariantur. Ideo in vero solum consideratur quantitas, non qualitas apparentiae, nisi qualitas quantitatem variet; solum enim consideratur in rationibus, quantam connexionem habeat cum vero.

Non, inquam, placet, quia rationes sibi contradicentes non minus differunt quam bona inter relata. Motu in se pugnant. Sapient enim rationes contrarie sunt similia non prorsus similes, sapient sunt omnino dissimiles, sicut nichil ex aequalibus, & ideo excedunt, & exceduntur; sic quam mo- etiam aliquando rationes dissimiles sunt aequales, tamen secundum quid le invicem mutuo ex- cedunt. Sic experimur motiva ab inductione ordinis naturalis defuncta, sollicitare mentem contra fidem, quibus tamen motiva fidei, quae sunt ordinis supernaturalis, contradicunt, & apud fi- deles prævalent, quamvis apud plurimos opposita argumenta prævaleant. Singula ex istis peculiari ratione verisimilitudinem præferunt, & comparauntur ad invicem ut excedens & excessum: non quod argumenta fidei, omnibus inspectis, non multum prævalent, sed quod non habent eam peculiarem vim movendi ad assensum, quam argumenta in ordine naturæ fundata habent ad suadendum assensum. Itaque distinctio motivorum tam aequalium, quam in aequalium & dissimilium, aquæ locum habet in intellectu ac in voluntate, quia sicut dissimilitudo diversificat bonum appa- rens, sic etiam dissimilitudo rationum diversificat verum appa- rens, suaque diversitate peculiariter ac diversimode allicit, atque ita non minus facit ad intellectum, quam diversitas boni appa- rentis ad voluntatem.

36. Ceterum, licet nullum verum necessarium Verum ip- nulli vero necessario repugnet; similiter, licet pars con- tinetur, alia vera contingentia excludunt & destruant, id- que non minus quam ens enti opponitur, cum verum & ens dicantur ad convertentiam. Sed quid- quid sit de hoc, verum appa- rens non minus contrariatur vero appa- renti, quam bonum appa- rens bono appa- renti, ideoque in utroque non solum quantitas, sed etiam qualitas apparentiae attendenda est, et si qualitas illa simpliciter quantitatem non augeat, sed solum faciat, ut secundum quid excedat, licet ex opposito secundum aliud excedatur. Fator nihilominus diversitatem inter bona esse majorem, quia specifica diversitas bonorum videtur esse frequentior & notabilior, quam di- versitas rationum moventium. Verum haec ma- joritas nil facit ad intentum præsens, quia libertas voluntatis non fundatur in multiplicitate varieta- tis, sed solum in varietate. Ergo cum detur va- rietas specifica rationum in contraria moventium, intellectus per imperium voluntatis flecti poterit in assensum cuiuslibet partis, cum libertas volun- tatis aquæ deserviat aliis potentias sibi subjectis, ac sibi.

37. Objicit sextus. Si intellectus ex imperio vo- An opinio luntatis flecti possit ad prudenter præstandum af- fensem motu aquæ aut minus probabilis, posse- mus singulis momentis mutare opiniones absque virio, immo & cum laude. Abisque virio quidem, quia, stantibus motivis aequalibus, possum affir- mare hanc partem propter motivum illius partis. Sed in sequenti instanti habeo idem fundamen- tum quod antea, nec libertas ablata est. Ergo etiam in sequenti instanti prudenter judicare po- tero alteram contradictionis partem, sicut quando occurribus duobus aquæ indigentibus nunc uni do eleemosinam, & paulo post eidem occur- ribus, vel eidem vel alteri largiri possum ele- mosinam, ut libuerit. Cum laude vero, quia aequalibus aequalia tribuere laudabile est. Ergo si hodie assentior alicui propter auctoritatem Hieronymi,

onymi, etas laudabiliter idem rejiciam proprie-
tatem auctoritatem Augustini (casu quo sibi
contradicterent) sic enim neutrum despicio, sed
utrique eadem honorem tamquam eam
dignis defer. Idem à fortiori valet respectu ra-
tionum eam, & multò magis respectu in-
eum, si ab initio motivo minus probabili as-
sersum prabui, quia omnis mutatio in melius in
omni iudicio laudatur. At sequela sunt absurdæ.
Ergo non possumus opinari eam aut minus pro-
babilia. Ita Celladeus quæst. 1. Append. §. 1.

Opinio dif-
ficiè & ra-
tio mutari
potest.

Respondeo, argumenta ista validè confirmare secundam assertionem, sed tertiam non impugna-
re, quia concomitant & consequenter ad assen-
sum uni parti datum, pars illa semper evadit longè
probabilior opiphanti, quam contraria; adeo
ut, stante illo iudicio, impossibile sit opinantem
existimare oppositum esse eam aut magis proba-
bile. Ex hoc autem omnia prorsus contraria con-
tentis in objectione sequuntur. Sequitur in primis,
homines non posse facile opinionis mutare, quia
non possunt facilè efficer, ut pro parte semel re-
jecta habeatur apparentia comp. rabilis cum appa-
rentia consequente ad iudicium uni parti alliga-
tum. Præterea difficultè est homini dicere, se de-
ceptum fuisse, nisi nova aliqua ratio, & quidem
valde magna appareat. At qui mutat opinionem,
dicit se antea fuisse deceptum. Non ergo hoc fa-
cile est, sed longè difficultissimum, & quodammodo
impossibile, ac de rebus aut nunquam aut rati-
simè contingentibus. Ceterum, si possemus hinc
apparentiam consequentem exire, & si xibili-
tatem intellectus falso in objectione supp. sitam
induire, concederem posse nos sine virtute, imo &
cum laude opiniones mutare pro arbitratu; ver-
rum cùm constet, suppositionem esse falsam,
constat etiam consequentiam esse nullam, cùm
homines suis opinionibus, undecimque habitis,
sint addiciti, & nisi nova ac validæ rationes
affanter quodammodo inflexibilis.

Voluntas
est libera,
non potest
singulis in-
stantibus
sufficiens
mutari.
Opinio dif-
ficiè &
ratiæ
mutari
potest.

38. Sed ut Celladeus nullitatem sui argumenti
videat, pero ab illo, an voluntas hic & nunc libe-
ra & indifferens ad amandum & odio habendum
aliquem, possit in hoc instanti illum amare, in se-
quenti odire, & sic tota die pro singulis instanti-
bus deliberatum suum affectum erga illum muta-
re? si concedat, concedam & ego idem de intel-
lectu, quod certè alter de ipso concedi non po-
test, quia si idipsum voluntati concedatur, quia
intellectus in obliquis non illum affectum elicere po-
test, nisi dependenter ab affectu & imperio volun-
tatis. Ergo non potest contradictoria iudicare,
nisi affectus & imperium voluntatis mutentur. At
illa non posunt facile mutari. Ergo nec opinio
semel concepta. Et sanè præter hanc difficultatem
mutandi opinionem ob voluntatis constantiam in
eodem, datur alia ex parte ipsius intellectus, cui
difficultè est existimare deceptum, nisi nova, ve-
hemens, & clara ratio accedit. Ergo intellectus
est inflexibilis quam voluntas. Verum, si affec-
tus voluntatis erga aliquod objectum mutetur,
tunc etiam prior apparentia mutatur, & sic homo
facilè mutat intellectum ac opinionem suam, ut
constat experientia. Neque tamen ideo homo ha-
bet novas rationes, sed priores, quæ antea minus
alliciebant ob affectum ad illas.

Paritas in-
differentiæ
cum procedat
ex falla suppositione, scilicet quod
in dantem
eleemosynam
nos, sed
Celladeum
urget.

39. Itaque consequentia argumenti nulla est,
cum procedat ex falla suppositione, scilicet quod
post assensum uni parti datum maneat apparentia
par aut major pro parte opposita, quod est aperte
fallum. Similiter paritas illa dantis eleemosynam
cui libuerit ex duabus eam indigentibus, nos

R. P. A. Terilli, Regula Morum PARS I.

non urget, sed Celladeum. Non urget nos, quia
ratio eiēmosina unius non facit ipsum indigentiam
apparere maiorem, sed potius minorem, quippe
qua p. r. ipsam eiēmosinam minuitur. Ergo elin-
qui dantem eiēmosinam eam indifferente, ut
antea erat, ad dandum alteri. Ratio autem in-
differente in istiusmodi casu ex eo etiam sumitur,
quod morum misericordia eam extendatur
ad omnes eam indigentes pro quovis tempore.
Atque ideo quod fit unius, non tollit omnino modum
indifferente ad operandum circa alios. At fecus
est quando motivum amoris unius tantum alligatur,
ut in amore amicitia &c. tunc enim non possumus
facilè mutare amicum, aut eum odire quem
dileximus, quia non possumus motivum ipsum
continenter nunc amare, nunc aversari pro arbit-
ratu. At in intellectu rationes, quibus assenti-
mus, unius tantum parti faciunt; ideoque libertas
non extenditur ad tales assensus mutandos pro ar-
bitratu. Ergo paritas illa non urget nos, sed ur-
get Celladeum, tum quia est validissimum argu-
mentum ad ostendendum, quod voluntas eligere
posse inter objecta prorsus similia & eam, at
quod ipse negat; tum quia ipse hunc casum ita
proponit, ac si voluntas inter eam posset eligi-
re pro arbitratu, atque ita sibi videtur contradicere.
Et sanè nisi supponat voluntatem in eo casu dicat.
ferri posse pro arbitratu ad eam & similia, ar-
gumentum contra ipsum facit; quia ut huic largi-
ter, deberem existimare, eum esse indigentem.
Ergo non possum esse liber postea ad largiendum
ipsi vel alteri, nisi habeam indifferentiam adjudicando
hunc illo esse indigentem. Ergo nisi
sibi in hac ipsa questione contradicat, & admittat
voluntatem posse eligere inter similia & eam,
ex altera parte debet sibi contradicere, & suppo-
nere quod possum pro arbitratu meo facere ap-
parentiam indigentem hujus esse majorem vel mi-
norem, imo & jam judicare quod fit major, &
hoc quidem eadem facilitate, quia possum huic
vel alteri eiēmosinam dare.

40. Objicit s. p. t. Ridiculus esset, qui in-
ter disputandum, dum disputatio fertur, mutaret
sententiam, & concederet quod ab initio nega-
tur. At si possemus opinari eam probabilia ex
sola determinatione voluntatis, utique possemus
in processu argumenti rectè negare, quod antea
affirmaveramus, quia pro negando habemus
fundamentum eam illi, quod habuimus ad af-
firmandum.

41. Secundò sequeretur, quod in hinc inde Secundi in-
opinabilibus bellum rationis esset utrumque ju-
nctum, idque circa errorem, & ignorantiam o-
mnium; occurribus enim rationibus eam
alter rectè prudenterque affirmat, alter rectè pru-
denterque negat. At hoc est absurdum, quia re-
ctè prudenterque dicenti non rectè prudenterque
contradicuntur. Ergo alter non rectè contradicit.
Ergo alter non rectè dicit; nam qui rectè dicit,
adversario rectè contradicit. Ergo unus solus re-
ctè dicit. Et sanè quando incidimus in duos litigantes,
supponimus unum solum & non utrumque rectè dicere; nam pro uno solo sententiam
damus, dicimusque eum rectè dicere, & ratio-
nem habere.

42. Tertiò, qui aliquid tenet, nunquam fate-
tur contraria motiva esse meliora, aut eam bo-
na; fatuus enim habetur, qui ita loqueretur in
publico. Ergo etiam fatuus est, qui ita sentit in
corde, nam si illud prudenter diceretur in corde,
utique etiam diceretur in ore.

43. Quartò, nemo in probabilibus rectè di-
sputaret

Celladeum
proprio ar-
gumento
premetur
nece potest
illuvium tri-
buere, nisi
sibi contra-
dere.

Primum in-
tervenit
on vien
præsum.

Secundū in-
conveniens
præsum.

Tertium in-
conveniens
præsum.

Quartū in-
conveniens
præsum.

Spuraret contra adversarium, quia ille rectè judicat, cùm habeat motiva probabilia, vel majora, vel æqualia, vel saltē minora. At rectè dicit, qui nititur tali motivo. Ergo omnis disputatio deberet cessare. Quia si tu disputas contra illum, intendis probare illum male dixisse. Ergo non putas eum rectè ac prudenter dixisse.

Quintū inconveniens:

44. Quintò demum sic. Omnis arguens putat, se ostendere posse adversarium non rectè dicere, & melius esse si secum sentiat. Ergo putat, se habere fundamenta sufficientia ad id probandum. Ergo putat sua fundamenta esse meliora. Ergo non minora nec æqualia. Ergo nullus rite impugnans alium, & consequenter nullus opinans putat se habere motiva minora aut æqualia, quia unusquisque putat se fundatiū loqui, quād adversarium, quem impugnat. Ita Celladeus *quest. 1.* Append. §. 2.

Argumenta allata iūdantur in x-
quivocat. o-
ne.

An ridicu-
lus sit, qui
inter dispu-
tandū mu-
tat senten-
tiā?

45. Respondeo, omnia ex ipsis, quæ faciunt ad rem, procedere ex confusione apparentiæ antecedentis, & apparentiæ consequentiæ affectum & assensum uni parti alligatum. Convincunt quidem apparentiam consequentem esse semper maiorem, sed nullà ratione id probant de apparentia antecedente. Itaque re ipsā non tangunt difficultatem præsentem. Hoc dictum in genere abunde sufficit ad solutionem objectionis. Ad majorem tamen claritatem aliquid ad singula reponamus.

46. Ad primum. Ridiculus est, qui inter disputandum mutaret sententiam, nisi planè convinceretur argumentis contrariis; tunc enim laudabiliter mutaret sententiam, seque illa in re vi-
ctum fatetur. Talem enim irriderem non rectè ordinati sed superbi animi est. Ceterum, qui sine manifesta convictione inter disputandum mutaret sententiam, ridiculus est, quamvis ob rationem, quæ ipsis jam validior appareat, eam mutaret. Non tamen ridetur præcisè, quia mutaret sententiam, sed quia sine necessitate declararet se eam mutare, & sic intento disputationis non satisficeret, sed in re seria ludicrō ageret. Finis enim disputationis est, ut assertio defendatur, donec opposita veritas convincatur, & sic bonitas fundatorum eluceat. At veritas opposita non convincitur, quamdiu probabiliter responderetur. Præterea, eti defensio nunc turbetur, ed quodd argumentum urgere videatur, fortasse postea inventiet argumentum fuisse nullum; ideoque ridiculus est, si statim manus daret, aut palam sententiam mutaret. Demum applicatio hujus doctrinæ procedit de subiecto non supponente. Supponit enim posse quavis sine nova ratione statim prolibitu sine ulla difficultate sententiam mutare, & reputare argumenta contraria esse æqualia illis, quæ habet pro sua sententia. At hæc omnia jam ostensa sunt falsa.

47. Ad secundum respondeo, in incertis ac utrimque opinabilibus bellum rationis esse posse utrumque justum formaliter, ut dictum est in superioribus, quia Autores utriusque partis putant se habere rationes prævalentes, nec convincunt ab adversario, aut reprehendi possunt quasi irrationaliter judicantes. Tales autem jus habent ad suam opinionem tutandam; ideoque vo-

luntas eam tutandi in utroque justa est, & hoc est bellum, seu voluntatem bellandi esse utrumque justum formaliter. Verum loquendo de ipsa veritate, quæ queritur, illa non stat nisi pro una parte, ac proinde illa sola pars est materialiter justa; ideoque bellum, quod titulo veritatis tali parti faventis inducitur, & formaliter & materialiter est justum. At bellum pro parte opposita non est materialiter, sed solum formaliter justum. Neque tamen iustitia formalis belli utrumque lati habetur circa omnem errorē & ignorantiam, ut vult Celladeus, quia ex sola ignorancia veri oriunt rationabilis titulus ad propagandam partem, quæ est falsa. Si enim falsitas illius claret appearet, nullum patronum habere posset.

48. In hoc ergo Celladeus fatus aperte erravit, sicut fatus claret æquivocat in sequentibus, ubi dicit, rectè prudenterque dicenti non posse rectè prudenterque contradicere. Unde infert, alterum ex contradicentibus non rectè prudenterque dicere. Hæc enim vera sunt, si nominis recti ac prudentis intelligat verum reale, seu materiale, & rectitudinem logicam, quia utraque pars non potest esse vera, & logicè recta. Sed si intelligantur non de veritate materiali propositionis, nec de rectitudine logica, sed de rectitudine morali, seu de conformitate talis opinionis cum appetitu recto, in quo propria ratio prudentis iudicij consistit, utraque pars potest esse recta & prudens, quia utriusque contradicentis opinio est conformis appetitu recto; uterque enim per appetitum rectum imperat assensum suæ opinionis, & ad eam tutandam bellum rationis indicit. Unde etiam sapere concludimus, utrumque litigantem propriè loquendo prudenter judicare, quamvis si veritatem ipsam materialiter & logicè sumptum spectemus, non possimus nisi uni causam & victoriam judicare.

49. Similis prorsus est responsio ad quartum argumentum, quod eadem æquivocatione laborat; quia confundit verum materialiter sumptum cum eo, quod creditur verum ex imperio seu appetitu recto; & quod priori tantum convenit, transfert ad secundum, cùm illa toto coelo differt. Jam quando disputamus, conamus ostendere adversarium logicè errare, nosque logicè verum dicere. Neque tamen ideo putamus, illum antea non prudenter, aut non rectè iudicasse secundum considerationem ethicam, sed conamus efficere, ut mutet sententiam, quia sapere putamus, illum non commodè solutur argumenta, quæ afferimus. Quod si prævideremus eum illa commodè solutur, non disputaremus animo illum convincendi, sed solum vel exercitiū causā, vel ut melius partem nostram adversario explicaremus.

50. Ad tertium & quintum, quæ etiam coincidunt, jam sapientius responsum est, scilicet illa fundari in suppositione, quod qui aliquid opinatur, simul judicet partem oppositam æquilibus aut posterioribus rationibus stabiliri, quod est falsum. Uno verbo in ipsis argumentis apparentia antecedens confunditur cum consequente. Ac proinde illa confirmat secundam, non improbat tertiam assertionem.

QUÆ-